MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81627-11

AUTHOR:

SCHAUENBURG, ADOLPH

TITLE:

DE SYMMACHI IN ARISTOPHANIS...

PLACE:

HALIS SAXONUM

DATE:

1881

Master Negative #

93-81627-11

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET


Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


88Ar5 Schauenburg, Adolf. 1858-
DZ2 v.3 De Symmachi in Aristophanis interpretatione subsidiis.
Halis Saxonum 1881. O. 33 p.
Doctor's dissertation at Halle (Ger.) university.


Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/2/93 INITIALS BE
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



AIIM







Centimeter
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm
1 2 3 4 5
Inches







DE SYMMACHI IN ARISTOPHANIS INTERPRETATIONE SUBSIDIIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB
AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
IN
ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ADOLPHUS SCHAUENBURG
OLDENBURGENSIS.

HALIS SAXONUM
FORMIS DESCRIPSIT E. KARRAS.
MDCCCLXXXI.

O. Schneiderus[1]) probare conatus est Symmachi illius, qui in codicibus Aristophaneis et in aliis grammaticorum quorundam locis nonnunquam nominatur, commentarium Aristophaneum praecipuum fontem fuisse nostrorum in Aristophanem scholiorum veterumque inter ea scholiorum fontem fuisse unicum. Uberrimis autem subsidiis copiisque vetustorum grammaticorum instructum Symmachum commentarium suum conscripsisse Schneiderus existimat ac fontes ab eo usurpatos enumerat.[2]) Non dubito, quin vir doctissimus de Symmachi sedulitate nimis honorifice cogitarit. Si de subsidiis ab eo adhibitis nobis satis certam coniecturam facere volumus, inprimis in ea scholia inquirendum est, in quibus Symmachus nominatim memoratur. Nam haec sola huius disquisitionis instituendae firmum exordium fundamentumque praebent, licet aliunde verisimile fiat Symmacho multo plura interpretamenta ascribenda esse quam quae eius nomine instructa in scholiorum congerie circumferuntur. Symmachum in commentario condendo opera antecedentium commentatorum non neglexisse iam per se verisimile est. Certe eum Didymo multum debere est apertum. Quin etiam quantum ac quomodo eius copiis usus sit, aliquatenus quidem coniiciendi occasio est oblata. Quam rem Schneiderus parum perspexit. In universum Didymum

[1]) De vet. in Arist. schol. fontibus, Sundiae 1838.
[2]) l. c. p. 86 sqq.

Symmachi praecipuum fuisse fontem concedit[3]), sed expositionum Symmachi nomine exornatarum quae in Didymum redeant, disserere omittit.[4]) Haec igitur quaestio quamvis nuper a R. Schneeio instituta, tamen inchoata magis quam ad finem perducta, mihi videtur satis digna, quae denuo tractetur. Nam Symmachei commentarii naturam ac pretium cognoscendi non facultas nobis datur nisi hac via.

³) l. c. p. 97 sqq.

⁴) Ein Beitrag z. Krit. d. Arist.-schol., Berlin 1879. p. 35 sqq.

§ 1.

Initium disputationis faciamus ab eis locis, ubi Symmachus et Didymus iunctim nominati eandem fere interpretationem exhibent.

Ad aves, 1705. — Duebn. p. 246^{b}, 26 sqq.

Σύμμαχος· πρὸς τὸ ἔθος ὅτι (*οὐ* requiritur) *μετὰ τῶν* (*ἄλλων* requ.) *σπλάγχνων ἔτεμνον τὴν γλῶτταν. καὶ παρ' Ὁμήρῳ. οὗτος δὲ διὰ τὴν πονηρίαν τῶν δικαιολόγων φησὶν ἐκβεβλῆσθαι χωρὶς τὴν γλῶτταν.*	*Δίδυμος δέ· ἐν ταῖς θυσίαις χωρὶς ἡ γλῶττα ἐτέμνετο, οὐ μετὰ τῶν ἄλλων σπλάγχνων. Καὶ Ὅμηρος*[1]) *„ἀλλ' ἄγε τάμνετε μὲν γλώσσας". ἐγένετο δὲ τοῦτο δι' ἄλλην αἰτίαν. οὕτως* (*οὗτος* cum Schneeio scrib.) *δὲ βούλεται λέγειν, ὅτι ἐξεβλήθη ἐκ τῶν σπλάγχνων διὰ τοὺς ῥήτορας ἡ γλῶσσα, ἐπεὶ ταύτῃ τοὺς ἄλλους κακοποιοῦσιν.*

Alteri loco ex altero medelam afferre possumus. In priore enim illa *οὐ* et *ἄλλων* desiderantur, quae in posteriore servata reperimus. Deinde in altera explicatione „*οὗτος*" postulari iam Schneeius observavit, cui hoc scholium tractanti[6]) plane assentior. Animadvertendum autem est haec peccata a nullo codice abesse.[7]) Unde manifestum fit ea iam in eo

⁵) Locum istum ex Homero depromptum ad Aristophanem interpretandum primus Callistratus adhibuisse videtur. cf. schol. ad Pac. 1060: *γλῶττα χωρὶς τέμνεται: καὶ τοῦτο παροιμιακὸν ἀπὸ Ὁμήρου „ἀλλ' ἄγε τάμνετε μὲν γλώσσας", ὥς φησι Καλλίστρατος.* Quocum componendum est schol. ad. Plut. 1110: *ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι: — Καλλίστρατος τῶν θυομένων φησὶ τὰς γλώσσας τοῖς κήρυξιν ἀπονέμεσθαι. διὸ καὶ τὸν ποιητὴν τῷ Ἑρμῇ ποιεῖν τεμνομένας αὐτάς. κ. τ. λ.*

⁶) l. c. p. 32.

⁷) Certe non absunt a Ravennate et Veneto, qui codices omnium et aetate et auctoritate sunt principes. Ceterorum lectionibus

codice fuisse, e quo omnes derivati sunt. Simul aliud monere velim: saepe, ubi in scholiorum congerie „*Σύμμαχος· κ.τ.λ.*“ nobis occurrit, haesitamus, quantum eorum quae sequuntur Symmachi commentario vindicandum sit. Sed hoc loco non est, quod scrupulum tibi iniciat existimanti illud Didymi nomine instructum interpretamentum ei scholiastae, qui haec primus codicis margini ascripsit, aliunde innotuisse quam e Symmachi thesauro. Nam eundem interpretem i. e. Symmachum eandem fere interpretationem in libro suo bis attulisse, quo facto ipse sese ut excerptorem et compilatorem prodidisset, incredibile est. Ergo altera interpretatio e Symmachi commentario non emanavit. Idem valebit de aliis. Sed hanc causam semel animadvertisse satis sit.

Vidimus, quomodo Symmachus Didymi studia ac litteras in usum suum converterit. Iam pergamus in hac inquisitione.

Ad av. 1363 — Dr. p. 240a, 21 sqq.

Σύμμαχος· καθοπλίζει αὐτὸν τῇ μὲν πτέρυγι ὡς ἀσπίδι, τῷ δὲ πλήκτρῳ ὡς ξίφει, τῷ δὲ λόφῳ ὡς περικεφαλαίᾳ.	*Δίδυμος δέ· ἀντὶ μὲν τῆς πτέρυγος ἀσπίδα δίδωσιν αὐτῷ, ἀντὶ δὲ τοῦ πλήκτρου ξίφος. ἦλθε γὰρ ὡς ἀλεκτρυὼν πτερωθῆναι, ἐπεὶ ἐκεῖνοι τοὺς πατέρας τύπτουσι.*[8])

In Didymi explicatione non invenitur, quod illi *τῷ δὲ λόφῳ ὡς περικεφαλαίᾳ* respondeat. Quin olim exstiterit, non dubito, etiamsi deest in omnibus codicibus. Accuratius de hac re infra disputabimus.

In scholio nostro eaedem sententiae paulum mutatis verbis repetuntur. Contextu autem fabulae inspecto has interpretationes non seorsim oriri potuisse concedes. Symmachus igitur Didymi expositionem ante oculos habuit.

Dindorfius, qui scholiorum editionem criticam dedit, cum delectu quodam usus est. Hanc Dindorfii collectionem a Duebnero repetitam esse notum est, cuius ad editionem, quippe quae magis in vulgus sit edita quam Dindorfiana, provocabo. cf. praef. edit. Duebner. p. III sqq.

[8]) Ut cognoscas, quantopere Didymus in genere loquendi constantiam quandam teneat, videsis scholium ad av. 43: — *Δίδυμος δέ φησιν ἀμυντήρια αὐτοὺς τῶν ὀρνέων βαστάζειν, ἀντὶ ὅπλου μὲν τὸ κανοῦν, ἀντὶ δὲ περικεφαλαίας τὴν χύτραν* etc.

Transeamus ad av. 1297b — Dr. p. 238b, 44 sqq.

Μειδίας δ'ἐκεῖ ὄρτυξ: ὁ μὲν Δίδυμος οὕτως· ὁ δὲ (*δὲ* cum Schneeio delend.) *Ἀμμώνιος ᾠήθη ἐξ ἐπιθέτου Μειδίαν ὄρτυγα καλεῖσθαι. γελοίως.* (hic cum Schmidtio[9]) et Schneeio[10]) interpungendum).[11]) *διὰ τὸ κυβευτὴν εἶναι καὶ ἐν γύρῳ τοὺς ὄρτυγας κόπτειν, οὕτως αὐτὸν νῦν Ἀριστοφάνης προσεῖπε. κ.τ.λ.*	*ὁ δὲ Σύμμαχος· ἧκεν, ἐῴκει. ὄρτυγα δὲ λέγει, ὅτι ὀρτυγοκόπος ἦν, περὶ οὗ προείρηται. φέρεται δὲ κ. τ. λ.*

Symmachea illa inde a *φέρεται* usque ad finem in Didymi antecedente explicatione non inveniuntur. De qua re infra dicam.

In priore parte viri docti iure offenderunt: Dindorfius conicit Didymi interpretationem ante illud *ὁ μὲν Δίδυμος οὕτως* excidisse. Quae coniectura parum probabilis est varias ob causas. Nam quae Didymi nomen sequuntur propter vocem illam *γελοίως*[12]) ab hoc grammatico non profecta esse

[9]) M. Schmidt: Didymi Chalcenteri fragm., Lipsiae 1854 p. 255.

[10]) l. c. p. 37.

[11]) si sequimur Dindorfium, qui continuavit lectionem, etiam in asyndeto offendere debemus.

[12]) Qantopere Didymus talia brevia iudicia usurpare solitus sit, a pluribus hominibus doctis observatum est. Ita a Lehrsio (de Arist. stud. Hom. p. 24.). Deinde Schmidtius uberius de hac re sparsim in Didymeis fragmentis disputavit. Denique Schneeius (l. c. p. 34.). Illud *γελοίως* Didymo proprium etiam in scholiis Pindaricis nobis occurrit. Boeckh. p. 526 schol. Isthm. II 19: — *ὁ δέ Δίδυμος· — ἔμπαλιν γὰρ ὁ Πίνδαρος ἀφανεῖς καὶ ἀδόξους φησὶν εἶναι τὰς νίκας, εἰς ἃς αὐτὸς μηδὲν γέγραφε. γελοίως.* Quocum Boeckhius conferri iubet schol. Isthm. III (IV) 47 et 63. Didymus igitur *γελοίως* pariter utitur atque nostrates nonnunquam voce „lächerlich“ aliquid a limine refutant. Deinde ut aliorum sententiam vituperet, hoc vocabulum usurpat in in commentariis in Odysseam compositis: *β*, 42; 8, 553 (Schmidt. l. c. p. 187. p. 193.). *Γελοίως* quod Didymi nomine non adiecto interdum in scholiis Aristophaneis invenitur, plerumque sensum exhibet ab illo modo indicato valde diversum, idem fere significans atque *γελοίου χάριν, γέλωτος χάριν.* Ita ad Ach. 95: *γελοίως ἐσκευασμένος,* ad v. 97: *ἐσκευασμένου γέλωτος χάριν.* Idem ad Plut. 818. etc.

non videntur. Praeterea illud *οὕτως*[13]), quo ad lemma respicitur, ad Didymum nos ducit. Denique summi momenti est, quod scholiasta dicit *ὁ μὲν Δίδυμος οὕτως* et non dicit *οὕτως ὁ Δίδυμος*. Qua ex re interpretationem ipsam postpositam esse manifestum fit.[14])

Neque vero Schmidtium[15]) recte coniecisse, cum post *οὕτως* lacunam statuendam esse existimaret, probavit Schneeius, cui ipsi[16]) illud *δὲ* ante Ammonium delendum esse conicienti prorsus assentior. Tum nihil restat, quod praebeat offensionem.

Verba *περὶ οὗ προείρηται* non a Symmacho dicta sunt, ut Schneiderus putat[17]), qua sententia ad tortuosam verborum explicationem adducitur, sed scholiastae sunt tribuenda. Is enim expositionem vocis *ὀρτυγοκόπος* Didymi nomine apposito modo editam, quod eandem in Symmachi commentario invenerat, bis afferre noluit. Antecedentem igitur inspici iubet. Hanc causam verissime perspexit Schneeius[18]), cuius interpretationem aliis exemplis affirmare posse mihi videor. Ad equit. 84 duae reperiuntur explicationes, quae aliquatenus consentiunt.[19]) In posteriore[20]) *ὡς εἴρηται ἄνω* invenimus. Haut dubie referendum est ad prius interpretamentum[21]), ubi Themistoclis mors verbosius describitur. Quam ad descriptionem modo allatam scholiasta recurrit.

[13]) Sexenta exempla exstant in fragmentis Didymeis. Praeterea vide Schmidt. l. c. p. 134, 428 „vocabulo *οὕτως* ad Didymum trahimur." l. c. p. 212. „Didymum enim facile cognoscimus e formulis *οὕτως* etc."

[14]) Nam scholiorum nostrorum constans fere consuetudo loquendi haec est: si illud *οὕτως* nomen auctoris citati praecedit (*οὕτως ὁ δεῖνα*), interpretatio praemissa est; at si sequitur (*ὁ μὲν δεῖνα οὕτως*), expositio est postposita. De qua re Schneeius disputavit (l. c. p. 28) non satis accurate, cum eius usus in scholiorum farragine nullam exceptionem inveniri asseveret. Quae sententia refellitur scholiis ad nub. 508: *οὕτως ὁ Χάραξ ἐν τῷ δ' „Ἀγαμήδης κ.τ.α."* et ad plut. 63: *οὕτως ὁ Ῥόδιος Ἀπολλώνιος „μηδ' ὄρνις κ. τ. α."*

[15]) l. c. p. 255.

[16]) l. c. p. 29.

[17]) l. c. p. 76.

[18]) l. c. p. 37.

[19]) vide Dr. p. 36b, 21 sqq. Scholium longissimum ipse afferre nolim.

[20]) Dr. p. 37a, 3.

[21]) Dr. p. 36b, 31 sqq.

Tum ad av. 487[22]) duo sunt interpretamenta quamvis sollemmi voce *ἄλλως* non separata[23]), quae eandem fere explicationem exhibent. Alterum capit initium a *τὴν δὲ*. In hoc *καθὰ προείπομεν* invenitur ad prius pertinens. Qua de causa quin etiam in nostro loco, ad av. 1297b, illud *περὶ οὗ προείρηται* a scholiasta quodam duos commentarios inspiciente dictum sit, dubitari nequit. Unde sequitur, ut hic scholiasta in Symmachi commentario explicationem invenerit illi modo allatae tam similem, ut hanc Symmacheam afferre omnino supervacaneum arbitraretur. Ergo Symmachus Didymum expilavit.

Deinceps ad av. 994:

„τίς ἡ 'πίνοια, τίς ὁ κόθορνος τῆς ὁδοῦ";

exstat hoc scholium — Dr. p. 233a, 12 sqq.

Δίδυμος οὕτω, πρὸς τί ὑποδέδεται τὸ δεξιόν; τίς ἐστιν ἡ ἐπίνοια τῆς ὁδοῦ. τίς ὁ κόθορνος: Οἷον, τί ὑποδησάμενος πάρει; οὕτω Σύμμαχος πρὸς τὸ τί ὑποδέδεται τῷ δεξιῷ.

Scholium haut dubie corruptum est.[24]) Ad aptum sensum ex hoc loco excutiendum equidem operam atque oleum perdidi. Sed esse manifestum mihi videtur scholiastam aliquem hic indicare in Symmachi commentario explicationem Didymi iterum se legisse.

Denique ad av. 58 — Dr. p. 212a, 9 sqq.

ἐποποῖ: Σύμμαχος καὶ Δίδυμος προπαροξύνουσιν, ἀπὸ τοῦ οἱ ἔποποι.

Utrum scholiasta id deprompserit ex utriusque[25]) com-

[22]) Dr. p. 221b, 50 sqq.

τὴν κυρβασίαν: τοῦτο ἐξ ἱστορίας εἴληφε. πᾶσι γὰρ Πέρσαις ἐξῆν τὴν τιάραν φορεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀρθήν, ὡς Κλείταρχος ἐν τῇ δεκάτῃ. μόνοι δὲ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὀρθαῖς ἐχρῶντο. | *τὴν δὲ ἐπὶ κεφαλῆς κίδαριν. ἔστι δὲ αὕτη, καθὰ προείπομεν, τιάρα. τοῖς μὲν ἄλλοις ἔθος καὶ ἐπτυγμένην καὶ προβάλλουσαν εἰς τὸ μέτωπον ἔχειν, τοῖς δὲ βασιλεῦσιν ὀρθήν.*

[23]) Id scholia nostra excutiens saepe invenies. cf. Schnee. l. c. p. 23.

[24]) cf. Schmidt. l. c. p. 254.

[25]) sic Schnee. l. c. p. 36.

mentariis an e Symmachi unius copiis[26]), id nunc non quaeritur. Nostram ad rem facit me ostendisse Symmachum Didymo accepta referre.

§ 2.

Hic paulum subsistamus. Nam quos locos modo tractavimus, ei, si quid video, dignissimi sunt, qui certissimum fundamentum praebeant disquisitionis in Symmachi commentarium instituendae. Etenim a Symmacho Didymum expilatum esse nunc plane extra dubitationis aleam positum est. Ac merito suspicio nascitur etiam aliorum Symmachi scholiorum — i. e. talium, ubi ob causam quidem antea indicatam Symmachum ut compilatorem deprehendendi occasio non est oblata — tamen profecto non Symmachum sed Didymum tamquam auctorem agnoscendum esse. Quaeramus, num huius suspicionis stabiliendae ansa praebeatur. Et credo me probare posse ad pleraque fere optimae notae scholia Symmachea Didymi copias adhibitas esse. Diversis autem in viis in Symmachi auctoritatem quasi in hostilem murum irrumpam. An partem eius subruere mihi contingat, lectores diiudicent.

Didymus in genere dicendi et interpretandi tales exhibet proprietates, quales apud alium grammaticum vix inveniuntur. Quamobrem nonnulla scholia haut dubie Didymo assignare velim quamvis nomine eius non apposito. Neque nescio quam fallax ac lubrica sit haec ratio argumentandi. Sed non calidius agere mihi videor asseverans certe Symmachi eas explicationes, in quibus tales Didymeae sunt proprietates, e Didymi commentario derivatas esse. Nam Symmachus ipse, quippe quem tantopere eius vestigiis insistentem deprehenderimus, nobis certissimus erit auctor ac testis nullius nisi Didymi litteras in his scholiis latere. Accedit, ut has proprietates loquendi quantumvis ita comparatas ut ab aliorum grammaticorum usu plane alienae videri nequeant, tamen

---

[26]) hunc enim usum illius *καί* (= bei) a grammaticorum more minime abhorrentem Naberus (Photius p. 10.) abunde stabilivit.

ab ullo alio Aristophanis interprete quam a Didymo et Symmacho usurpatas esse scholia nostra non indicent. Denique ad nostram sententiam firmandam commodissimum est, quod in scholiis Symmacheis in partes vocantur tantum tales grammatici Aristophanisque interpretes, qui ante Didymum fuerunt ac praeterea plerumque ii poetae et scriptores laudantur, quibus Didymum potissimum studium suum impendisse compertum habemus. Quae observationes omnes ad Didymum nos trahunt. Hinc facile intelleges, quantum a Schneidero dissentiam, quem vehementer in eo errasse puto, quod ex interpretationibus Symmachi nomine exornatis de meritis huius grammatici iudicium sibi fingere posse arbitrabatur. Etenim quae Schneiderus disputavit de oeconomia Symmachei commentarii[27]) et de sobrio istius interpretis iudicio[28]), ea re vera ad Didymum redeunt.

Iam eamus medias in res. Ad av. 1294 coniuncta memoria traditur Didymi et Symmachi. Sed non idem interpretantur. Nam Symmachi expositio non ad versum citatum sed ad v. 1296 est referenda. Haec est:

Dr. p. 238b, 15 sqq.

> *Σύμμαχος· φαίνονται τὸν Λυκοῦργον Αἰγύπτιον εἶναι νομίζοντες ἢ τὸ γένος, ἢ τοὺς τρόπους. Φερεκράτης Ἀγρίοις „οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύειν εἰς τὴν Αἴγυπτον οἴκους λέξεις, ἵνα μὴ συνέχῃ τοῖσι Λυκούργου πατριώταις.“* [29]) *μήποτε οὖν εἰς τὸ αὐτὸ καὶ Κρατῖνος Δηλιάσι „τούτοισι δ' ὄπισθεν ἴτω δίφρον φέρων Λυκοῦργος ἔχων καλάσιριν.“ ὁ δὲ καλάσιρις χιτὼν πλατύσημος. φησὶ δὲ Κηφισόδημος ὅτι Αἰγυπτίων ἡ λέξις. διαβάλλει δὲ αὐτὸν ἢ ὡς ξένον, ἢ ὡς πονηρὸν.*

Particula illa *μήποτε* Didymus saepissime uti solebat. Exempla autem, quae in fragmentis reperiuntur, enumerare

---

[27]) l. c. p. 58. 85, aliis locis.

[28]) l. c. p. III sqq.

[29]) Pherecratis v. c. non sunt integri. Medelam autem afferre non possum. cf. Dind. III p. 251, et id quod dixit in „Addendis.“ Hoc etiam apud Duebn. invenies.

supersedeo. Nam rem certissimam homines summi praestant: Schneiderus[30]) ipse, deinde Lehrsius[31]), M. Schmidtius[32]), Friedlaenderus[33]), denique Schneeius[34]). Nostra scholia perlustrantes hoc *μήποτε* ter invenimus Didymi nomine adiecto: ad vesp. 772, ad av. 299[35]), ad ran. 990.[36]) Quos inter locos etiam scholium ad pac. 831 referendum esse persuasum habeo.[37])

---

[30]) l. c. p. 112. not. 2.

[31]) de Arist. stud. Hom. p. 24. et diserte p. 27.

[32]) l. c. p. 212 „Didymum enim facile cognoscimus e formulis *μήποτε* etc.“

[33]) Jahns Jahrb. f. Phil. 77. 1858. p. 9 sqq.

[34]) l. c. p. 37 sqq.

[35]) cf. Schmidt. l. c. p. 252 s. 24.

[36]) cf. Duebn. adnot.

[37]) — Dr. d. 196b, 29 sqq.

Δίδυμος δὲ πεπλάνηται λέγων αὐερινηχέτους· οὐ γὰρ λέγουσιν αὐέρα οὗτοι. συνεχῶς δέ ἀυτοὺς κωμῳδοῦσιν ὡς ἀέρας καὶ νεφέλας καὶ τὰ ἐκ τούτων σύνθετα ποιοῦντας· μήποτε δὲ οὐκ ἀορίστως μόνον, ἀλλὰ καί τινος διθυραμβοποιῶν λέξεις τινὰς χλευάζει.

Perversa est lectio. Conicio perinde atque alibi *Δίδυμος δέ· πεπλάνηται κ. τ. λ.* sribendum esse ita ut, quaecunque sequuntur, Didymi sint. Horum enim Didymum esse auctorem proprietates loquendi affatim testantur: inprimis *μήποτε*. Tum *συνεχῶς*, de quo infra ad ran. 745 loquar. Etiam *πεπλάνηται* quasi Didymeam censuram nominare possis. Sensus loci hic est: *πεπλάνηται λέγων* scil. Aristophanes. *οὐ γὰρ λέγουσιν αὐέρα οὗτοι.* Qui *οὗτοι?* Credo: dithyrambici poetae Attici, non „Attici“ i. e. cives Attici, quod Dindorfius adnotat. Quam ad sententiam adducor et hoc ipsius fabulae loco et illo *αὐτούς* quod in sequentibus exstat. Cur hos *αὐέρα* non usurpare Didymus opinatur? Nimirum propter dialectum. Nam *αὐήρ* Aeolica est forma. Quam ad Didymi ratiocinationem intelligendam fortasse utile est scholium ad Thesm. 162 in memoriam revocare, ubi Didymus Aristophanis grammatici sententiam impugnans asseverat de Alcaeo poeta cogitari non posse, quia eius carmina propter dialectum Aeolicam non satis trita fuerint. (*οὐ γὰρ ἐπεπόλαζε τὰ Ἀλκαίου διὰ τὴν διάλεκτον.*) Hoc autem loco emendato ab ullo alio Aristophanis interprete quam a Didymo illud *μήποτε* usurpatum esse scholia non evincunt. Quod attinet ad reliquos locos, ubi *μήποτε* invenitur, in scholio ad pac. 475 coruptela statuenda est: *ὡς τῶν Ἀργείων ἐπαμφοτεριζόντων μήποτε δοκοίη αὐτοῖς.* Certam huius loci medelam sumere possumus e scholio ad pac. 477, ubi eadem explicatio repetitur: *ὡς τῶν Ἀργείων*

Pherecrates et Cratinus, qui in scholio nostro nominantur, poetae comici sunt notissimi. In Cratinum[38]) Didymus conscripsit commentarium. Cephisodemus homo est ceteroquin ignotus. Schmidtius[39]) Didymum Cephisodemo testimonium denunciare arbitratur. Quin Symmachus cuncta Didymo debeat, nullus dubito.

Ad. av. 303 — Dr. p. 218a, 12 sqq.

κεβλήπυρις: Μήποτε οὐχ ἓν ἐστιν, ἀλλὰ δύο, φησὶν ὁ Σύμμαχος. καὶ ἐν τοῖς Καλλιμάχου γὰρ ἀναγέγραπται κέβλη. εἶτα μύρμηξ Ἑρμίππου τετραμέτροις.[40]) „καὶ Θεμοτοκλέους τὸν πρωνός τις ὢν κεβλήπυρίς τις ὀνομάζεται“ ὥστε ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ ἡμάρτηται τὸ ἓν παρὰ τῇ γραφῇ.

Illa '*καὶ ἐν τοῖς κ. τ. α.* cum antecedentibus arte coniuncta item e Symmachi libro delibata esse verisimile est. *Μήποτε* Didymum adhibitum esse indicat. Deinde Callimachum per Didymum Symmacho innotuisse Schmidtius[41]) spondet. Hermippus comicus erat poeta, Aristophane paulo prior.

ad av. 988 — Dr. p. 232, 44 sqq. — De Diopithe agitur:

Σύμμαχος δὲ καὶ μανιώδη φησὶ[42]) *τὸν Διοπείθη τὸν ῥήτορα, ὡς καὶ Τηλεκλείδης ἐν Ἀμφικτύοσι δῆλον ποιεῖ. παράκειται δὲ καὶ τὰ Φρυνίχου ἔμπροσθεν ἐν Κρόνῳ*

ἀνὴρ χορεύει, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ καλά.
βούλει Διοπείθη μεταδράμω καὶ τύμπανα;

ἐπαμφοτεριζόντων, καὶ ἀποκλινόντων, ὅποτε δοκοίη αὐτοῖς. Item in in priore scholio *ὁποτε* scribendum est.

[38]) Schmidt. l. c. p. 12. Naber. Phot. p. 8.

[39]) l. c. p. 291.

[40]) fragmentum corruptissimum sanare non possum. cf. Kust. ap. Duebn.; Schneid. l. c. p. 68. not.

[41]) l. c. p. 292.

[42]) Dindorfius post *μανιώδη φησί* addidit e codice R.: *Σύμμαχος ὅτι Διοπείθης ὁ ῥήτωρ ὑπομανιώδης ἦν.* Verba autem *τὸν Διοπείθη τὸν ῥήτορα* omisit. Sed causa, cur e Ravennate adiciatur, non est. (cf. Schnee. l. c. p. 17). Nam illud *Σύμμαχος — φησὶ* exstat in ceteris codicibus praeter R., illud *Σύμμαχος — ἦν* in uno codice R.

καὶ Ἀμειψίας ἐν Κόννῳ „ὥστε ποιοῦντες χρησμοὺς αὐτοὶ διδόασ᾽ ᾄδειν Διοπείθει τῷ παραμαινομένῳ“.[43])

Teleclides, Phrynichus, Amipsias sunt poetae comici notissimi. Phrynichi *Κρόνου ἐξηγητικόν* Didymus composuit.[44] Componas cum nostro scholio scholium ad vesp. 380, quae explicatio ab eodem interprete orta est. — Dr. p. 114[b], 18 sqq.

καὶ τὴν ψυχὴν ἐμπλησάμενος: Ὡς παράστημά τι τοῦ Διοπείθους ἔχοντος μανιῶδες. ἦν δὲ ὁ Διοπείθης ῥήτωρ. μήποτε δὲ οὗτός ἐστιν ὁ καὶ παρὰ Φρυνίχῳ.

Μήποτε nos ad Didymum deducit.

Ad av. 1001 — Dr. p. 233[a], 44 sqq.

προτιθεὶς οὖν: Δίδυμος· τοιοῦτος ἀήρ ἐστι τῇ γῇ περικείμενος, ὅμοιος πνιγεῖ, καθαπερεὶ πῶμά τι περικείμενος. τὰ δὲ ἑξῆς, φησὶ Σύμμαχος, ἐπίτηδες ἀδιανόητα.

Utrum cuncta e Symmachi libro emanaverint[45]) an nihil nisi ea, quae cum eius nomine coniuncta sunt, non liquet. Haec autem Symmacho diserte ascripta item ad Didymum redire, cum verba sint Didymo propria[46]) dudum observaverunt M. Schmidtius[47]) et Schneecius.[48])

ad av. 1283 — Dr. p. 238[a], 19 sqq.

σκυτάλι᾽ ἐφόρουν: Σκυτάλη ἤτοι Λακωνικὴ ἐπιστολὴ ἢ βακτηρία. ἐφόρουν γὰρ βαρείας βακτηρίας οἱ Λάκωνες. τοῦ δὲ σκυτάλιον τὸ α ἐκτείνεται, ὡς ἐν Ὁλκάσιν, ἔνθα καὶ τὸ Νικοφῶντος ἐξ Ἀφροδίτης Γονῶν παρετέθη „οὐκ ἐς κόρακας τὼ χεῖρ᾽ ἀποίσεις ἐκποδὼν ἀπὸ τοῦ σκυταλίου τε καὶ τῆς διφθέρας.“ οὕτω Σύμμαχος.[49])

---

[43]) fragmentum Amipsiae non est integrum; vide Duebn. adn.; Schneid. l. c. p. 65. Certum remedium nondum allatum est.

[44]) Schmidt. l. c. p. 12.

[45]) sic Schneid. l. c. p. 63.

[46]) ad vesp. 1309: *Δίδυμός φησιν ὅτι ἀδιανόητα σκώπτει ἐνταῦθα.*

[47]) l. c. p. 289.

[48]) l. p. c. 39.

[49]) Ne offendas, quod Didymus in hoc scholio sequitur aliud exhibens. Quae res qui explicanda sit, infra videbimus.

Quod attinet ad commentarium in Holcades conscriptum praeter hunc locum semel in scholio ad Lysistr. 722 talis libri memoria fit.[50]). Didymum autem esse eum, qui hic ablegaret ad suum commentarium, Schmidtius[51]) rectissime perspexit. Et quomodo Didymus solitus sit in interpretando lectores amandare ad alios locos vel eiusdem libri vel aliorum commentariorum, quos in alios auctores ipse condiderat, olim iam observavit Boeckhius[52]); item Schmidtius.[53]) Quamobrem etiam illud *ἔνθα παρετέθη* ad Didymum nos trahit. Nicophon erat poeta comicus Aristophane paulo iunior.

Deinde ad equit. 84 duae explicationes inveniuntur aliquatenus inter se congruentes. Hoc scholium iam commemoravi in § 1, propterea quod scholiasta in altera expositione ad priorem amandat. In illa sub finem haec inveniuntur:

Dr. p. 37[a], 8 sqq.

Σύμμαχος δέ φησι ψεύδεσθαι περὶ Θεμιστοκλέους. οὔτε γὰρ Ἡρόδοτος οὔτε Θουκυδίδης ἱστορεῖ. ἔστι γοῦν ἀπὸ Σοφοκλέους Ἑλένης

ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρειον πιεῖν,
καὶ μὴ τι πλείους τῶν δ᾽ ἔχειν δυσφημίας.

τινὲς δέ φασιν ὅτι Σοφοκλῆς περὶ Θεμιστοκλέους τοῦτό φησι. ψεύδονται δέ, οὐ γάρ ἐστι πιθανόν.

Verisimile est totam expositionem quae antecedit e Symmachi libro fluxisse. Nam cum dicat falsi aliquid de Themistocle nuntiari etiam nuntiata ipsa, ut opinor, attulit. At esse certum mihi videtur haec ipsa, quae cum Symmachi nomine coniuncta sunt, ad Didymum redire. Iudicium enim illud *οὐ γάρ ἐστι πιθανόν* prorsus Didymeum est. Ita in libro de Aristarchi diorthosi scripto: *α*, 381[54]): *ἀπίθανον γάρ; η*, 32[55]): *οὐκ ἀπιθάνως; σ*, 499[56]): *καὶ ἔστιν οὐκ ἀπίθανος ἡ γραφή* etc. In Sophoclem Didymum commentarium composuisse constat.

---

[50]) *δεδήλωται δὲ περὶ τούτου καὶ ἐν Ὁλκάσι.*

[51]) l. c. p. 46. s. 30; p. 290.

[52]) Pindar praef. p. XVII.

[53]) l. c. p. 289 sqq.

[54]) Schmidt. l. c. p. 118.

[55]) Schmidt. l. c. p. 130. Schnee. l. c. p. 43-

[56]) Schmidt. l. c. p. 165.

Ad ran. 745 — Dr. p. 297a, 6 sqq.

μάλ' ἐποπτεύειν δοκῶ: Σύμμαχος οὕτως αὐτῇ τῇ λέξει φαίνεται συνεχῶς λέγειν· εὐφημοῦντες τὴν τῶν μυστηρίων ἐποπτείαν. οἱ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες, μύσται καλοῦνται. οἱ δὲ παραλαβόντες τὰ μυστήρια τῷ αὖθις ἐνιαυτῷ ἐφορῶσιν αὐτὰ καὶ ἐποπτεύουσι, καὶ ἐποπτεύοντες χαίρουσιν ἐπὶ τῷ πολλὰ πράττειν. ὁ δὲ νοῦς· ὅταν, φησὶ, λάθρα καταράσομαι τῷ δεσπότῃ, λίαν οὕτως ἥδομαι, ὡς δοκεῖν μυστήρια ἐποπτεύειν καὶ ἑορτάζειν. τὸ δὲ μάλλ' εἶπεν ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀλλά. ἐν οἵῳ τρόπῳ λέγομεν, οὐχ οἷον ἥδομαι, ἀλλ' ὑπερήδομαι.[57])

Initium scholii medicinam postulat. Dindorfii enim scripturam si sequimur, ut alia omittam, quo verba *εὐφημοῦντες κ. τ. α.* referamus, non habeo. Itaque Schneidero[58]) et Fritzschio[59]) assentior, qui lectione codicis Θ. (*φαίνεται*) neglecta e codice V.[60]) et Aldina *φαίνονται* receperunt. Quod autem scripserunt: *Σύμμαχος οὕτως αὐτῇ τῇ λέξει· φαίνονται κ. τ. α.*, equidem cum eis non facio. Nam *αὐτῇ τῇ λέξει* idem valere atque *κατὰ λέξιν*, ut Schneiderus adnotat, cum aliunde comprobari non videam, credere nolim. Accedit ut bonus sensus non evadat. Ipse non gravor pariter atque aliis locis post *Σύμμαχος* colon figere, ut quaecunque sequuntur ex eius libro hausta esse dicantur. Respicitur enim, ut assolet, ad lemma. Hoc autem lemma non idem fuisse quod nos nunc legimus, e sequente interpretatione manifestum fit.[61]) Symmachus (vel potius Didymus) non *μάλ'* sed *μἀλλ' ἐποπτεύειν* ante oculos habebat. Docet autem sic scil. *μἀλλ'* i. e. *μὴ ἀλλά* dici solere ad summam voluptatem significandam. Qui usus loquendi infra, ubi sensus nostri loci describitur, hoc modo illustratur:

τὸ δὲ μάλλ' εἶπεν, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀλλά. ἐν οἵῳ τρόπῳ λέγομεν, οὐχ οἷον ἥδομαι, ἀλλ' ὑπερήδομαι.

Quocum componas scholium ad ran. 103: *μάλα πλεῖν ἢ μαίνομαι: — ἀλλὰ πλέον ἢ μαίνομαι ἐπ' αὐτῷ. τουτέστιν ὑπερβαλλόντως μοι ἀρέσκει.*

Perspicinum est interpretem *μἀλλά* ante oculos habuisse. Idem in scholio:

ad ran. 611: *μάλ' ὑπερφυᾶ: Τιμαχίδας βραχέως ἀξιοῖ προφέρεσθαι, οὐ πιθανῶς*[62]), *συναλοιφῆς οὔσης ἐκ τοῦ μὴ καὶ ἀλλά. ὅτι γὰρ τῷ μὴ πολλαχῇ ἀντὶ τοῦ οὐ χρῶνται, πολλάκις εἴρηται.*

ad av. 109b: *μὴ ἀλλὰ θατέρου τρόπου: Πέπονθε. κεῖται δὲ ἀντὶ τοῦ οὐκ, ἀλλὰ θατέρου τρόπου, τουτέστι μισόδικοι.*

In omnibus his scholiis vestigia eiusdem interpretis — credo Didymi — latent. Denique illud *μἀλλά* apud Aristophanem his locis invenimus: ran. 751 „*μἀλλὰ πλεῖν ἢ μαίνομαι*“ et Acharn. 458 „*μἀλλά μοι δὸς ἓν μόνον*“, ad quos versus scholia non adiecta aut non servata sunt.

Nunc via munita, cur totum scholium Didymum redoleat, ostendam.

Illud *οὕτως* Didymum sapit.[63]) Deinceps usum verborum *φαίνεται, ἔοικε,* optativi *εἴη ἄν* etc., quo cautum consideratumque iudicium indicatur, praeter ceteros in Didymum cadere, quicunque Didymi reliquias perlegerit, intelleget. Hoc moneo propter Schneiderum, qui istum usum Symmacho proprium esse dicit.[64]) Tum *συνεχῶς* in scholiorum collectione Didymi nomine adiecto invenitur ad av. 440, ad pac. 831. Deinde in scholiis ad Sophoclem, Trach. 793[65]), Antig. 5[66]), ubi

[57]) Quae sequuntur absunt a cod. R. V. Θ. M. Haec e Symmachi copiis emanasse non videntur.

[58]) l. c. p. 85 not. 6.

[59]) Arist. ran. 1845. p. 276.

[60]) vide Duebn.; Dindorf. in adnotationibus codicem V. non memorat. In codice R. haec verba non inveniuntur.

[61]) Aut lemma explicationemve cum fabulae contextu aut lemma cum explicatione edita non congruere haut raro invenies. Item ad ran. 611 et 103 in lemmate *μάλα* dicitur. Interpretem autem *μἀλλά* legisse apertum est. De qua re indentidem dixit Schneiderus in commentatione laudata. Praeterea vide O. Lange., diss. variae lectiones in schol. Aristoph. latentes, Gryph. 1872; O. Buenger, diss., de Arist. Equit. Lys. Thesm. ap. Suidam reliqu., Strassb. 1878 p. 12.

[62]) Didymeum iudicium.

[63]) cf. quae dixi in § 1 ad av. 1297b, not.

[64]) l. c. p. 112.

[65]) Schmidt. l. c. p. 108.

[66]) Schmidt. l. c. p. 95.

Schmidtius usum vocabuli *συνεχῶς* Didymeum nominat. Neque illud *ὁ δὲ νοῦς*, quo paraphrasis inducitur, a Didymi elocutione alienum erat. Vide in commentario Pindarico scholium ad Nem. Δ 14.[67]) Postremo de illo *ἐν οἵῳ τρόπῳ λέγομεν* velim inspicias scholium ad ran. 186, cui Didymi nomen est appositum: *ἐν ᾧ τρόπῳ φαμέν*, et librum de diorthosi Aristarchea scriptum ξ, 40: *ἐν οἵῳ τρόπῳ καὶ ἐν τῷ βίῳ φαμέν.*[68]) Quantopere omnino Didymus in interpretando lectores ad usum consuetudinemque sui temporis et suae patriae ablegare solitus sit, e fragmentis egregie conicere licet.[69])

Quin in his omnibus scholiis Symmachus Didymi vestigia premat, non dubito.

§ 3.

Nunc aliam viam ingrediamur, qua patefaciamus Symmachum Didymi industriam in usum suum convertisse. Constat necessitudinem quandam intercedere inter Hesychium lexicographum et scholia Aristophanea. Quae quomodo explicanda sit, M. Schmidtius ad liquidum perduxit.[70]) Didymus, qui comicos poetas praeter ceteros diligebat, in complures composuit commentarios. Praeter hos autem commentarios exstitit lexicon comicum ex eis derivatum[71]), in quod prae ceteris Aristophanei libri interpretamenta fluxerunt. Hoc comicum lexicon quamvis non integrum inest in Hesychio.[72]) Unde repetendum est, qui fieri potuerit, ut scholiorum nostrorum congeries saepissime conspiret cum Hesychio. Nam in utroque vestigia Didymeae industriae insunt. Et ut confestim ostendam, quid haec observatio faciat ad nostram rem: Symmachus aliquoties aliquid exhibet, quod apud Hesychium reperitur. Confitendum igitur erit his in locis Didymeam industriam latere.

Ad equit. 755 [73]) — Dr. p. 60b, 18 sqq. — ad lemma *ἐμποδίζων ἰσχάδας: Σύμμαχος οὕτως· ἀπὸ τῶν μελισσῶν ἡ μεταφορά. εἰώθασι γὰρ οἱ μελισσουργοὶ ἰσχάδας συγκεκομμένας ῥίπτειν ταῖς μελίσσαις, ἐπὰν διὰ κρύος ἢ χειμῶνα ἐξιέναι κατοκνῶσιν ἐκ τῶν σίμβλων, ἵνα ἔνδοθεν ἐσθίωσι. κεχήνασι δὲ οἱ μασώμενοι. Ἀρίσταρχος δὲ, ὅτι μασώμενοι τὰς ἰσχάδας ταῖς μελίτταις ῥίπτουσιν ἃ* (*ἢ* scribend.) *τοῖς ποσὶ τρίβουσιν.*

Hesychius s. *ἐμποδίζειν· μασᾶσθαι. οἱ δὲ ἰσχάδας μασᾶσθαι ταῖς μελίσσαις, ἢ θλίβειν τοῖς ποσὶ τὰς ἰσχάδας.*

Hesychius in scholio Symmacheo *ἢ* pro corrupto *ἃ* scribendum esse testatur. Idem indicat Didymum Aristarchi interpretamentum in commentario suo commemorasse. Inde deprompsit Symmachus.

Ad equit. 963 — Dr. p. 67b, 13 sqq. — ad lemma *μολγὸν γενέσθαι: Σύμμαχος· ἔοικε χρησμός τις εἶναι. ἐν γὰρ τοῖς Γεωργοῖς οὕτως ἔχει*

---

[67]) Schmidt. l. c. p. 231. Quocum componas Lehrs. (Die Pindarschol. Leipz. 1873, p. 44). „In den alten Pindarschol. ist ganz ueberwieg. beim Eintreten der Paraphrase *ὁ δὲ νοῦς*.“

[68]) Schmidt. l. c. p. 151.

[69]) In commentario de diorthosi Aristarchea ζ, 134—136 (Schmidt. l. c. p. 161): *οὐκοῦν κατὰ τὴν ἡμετέραν συνήθειαν λέων μὲν λέγεται ὁ ἄρσην.* Ad Soph. O. Col. 156 (Schm. l. c. p. 241.): *καὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν συνήθειαν εἰώθαμεν λέγειν οὕτως.* Ad Eurip. Or. 1363 (Schmidt. l. c. p. 245): *ὅθεν ἔτι καὶ νῦν πάροχοι λέγονται.* Ad Arist. plut. 690: *ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος καὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ*, ad quod Schmidtius (l. c. p. 299) adnotat: „unde Alexandrinum interpretem deprehendis. Deinde *ὁ νῦν καλούμενος* vel *ὁ νῦν λεγόμενος* in scholiis ad Sophoclis Aiac. 56 (Schmidt. l c. p. 99), ad Electr. 727. (Schm. l. c. p. 103.), ad Pind. Ol. Z, 24. (Schm. l. c. p. 219), Hesychius s. *ἴουλος* (Schm. l. c. p. 67), s. *πύππαξ* (Schm. l. c. p. 54), Phot. s. *σέρφοι* (Schm. l. c. p. 37, 13). Hoc ab usu plerumque non dissidet illud *ὁ λεγόμενος* vel *καλούμενος*, quibus *νῦν* vel *ὑφ' ἡμῶν* non additum est. His Didymus identidem utitur. Sed videsis fragmenta. Taedet me plura enumerare.

[70]) l. c. p. 27 sqq.; p. 298 sqq.

[71]) Non Didymum ipsum sed Theonem id lexicon condidisse Naberus (Phot. p. 9) recte coniecisse mihi videtur.

[72]) Lexicon ipsum adiit Pamphilus. E Pamphilo hausit Julius Vestinus, ex Julio Vestino Diogenianus, e Diogeniano Hesychius. cf. Naber. l. c. p. 18.

[73]) cf. Schmidt. l. c. p. 299.

ὅτῳ δοκεῖ σοι δεῖν μάλιστα τῇ πόλει.
ἐμοὶ μὲν ἐπὶ τὸν μολγὸν εἶναι οὐκ ἀκήκοας.
Ἐρατοσθένης· μολγὸν καὶ ἀμολγὸν τὸν αὐτόν. ἀμολγοὺς δὲ παρὰ τούτοις φησὶ λέγεσθαι τοὺς ἀμέλγοντας τὰ κοινά. Ἡσίοδος δὲ „μᾶζά τ' ἀμολγαίη“ οἱ δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀκμαῖον. παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς μόλγης ὁ μοχθηρὸς, ὥσπερ γόης. οὕτω Σωκράτης.[74])

Hesychius s. μολγός· Ἀριστοφάνης. τάχα ἂν εἴη ἐκ πλήρους, ἀμολγός. ὁ δὲ ἀμέλγων τὰ χρήματα ἀμολγός. ἔνιοι δὲ μολγοὺς ἀκούουσι τοὺς μοχθηρούς.

Apertum est Symmacheae interpretationis saltem partem quandam e Didymi copiis fluxisse. Quin huic omnia fere debeantur, non dubito. Nam Eratosthenis copiam Symmacho omnino non fuisse docent Schmidtius[75]) et Naberus.[76]) Deinde in Hesiodum Didymus composuit commentarium.[77])

Ad equit. 1126[79]) — Dr. p. 71a, 30 sqq. — ad lemma βρύλλων: Σύμμαχος δὲ, ὑποπίνων. ἐκ μιμήσεως τῆς τῶν παίδων φωνῆς

Hesychius s. βρύλλων· ὑποπίνων.

Ad nub. 864[79]) — Dr. p. 119a, 14, sqq. — explicatur vocabulum ἁμαξίς: Σύμμαχος δὲ τὸ μικρὸν ἁμάξιον. ταῦτα γὰρ τοῖς παιδίοις ἠγόραζον.

Hesychius s. ἁμαξὶς: καὶ τὸ ἁμάξιον Ἀττικοὶ οὕτω καλοῦσιν.

Ad pac. 916[80]) — Dr. p. 199a, 30 spq. — ad lemma λεπαστὴν: Εἶδος ποτηρίου μεῖζον ἢ κύλιξ. οὕτως ὁ Σύμμαχος.

Hesychius s. λεπαστὴ· κύλιξ.
s. λέπαστις· οἰνοχόη. καὶ εἶδος κύλικος.

---

[74]) Pro οὕτω Σωκράτης nonnulli οὕτως ὁ Κράτης coniecerunt. cf. Schmidt. l. c. p. 60, not. 4.
[75]) l. c. p. 292; p. 50.
[76]) l. c. p. 12.
[77]) l. c. p. 12.
[78]) cf. Schnee. l. c. p. 46.
[79]) cf. Schnee. l. c. p. 46.
[80]) cf. Schnee. l. c. p. 46.

Ad av. 1297b — Dr. p. 238b, 54 sqq. — ad lemma Μειδίας δὲκεῖ ὄρτυξ: ὁ δὲ Σύμμαχος, ἧκεν, ἐώκει. ὄρτυγα δὲ λέγει, ὅτι ὀρτυγοκόπος ἦν, περὶ οὗ προείρηται· φέρεται δὲ ἐν τοῖς πλείστοις, ὑπὸ στυφοκόμπου. καὶ σαφὲς οὐδέν ἐστιν εὑρεῖν. Διονύσιος δὲ ὁ Ζώπυρος γράφει, ὑπ' ὀρτυγοκόμπου, καί ἐξηγεῖτο ὅτι ἔγκειται τὸ μ. θέλει γὰρ εἰπεῖν τῶν ὀρτυγοκόμπων, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τῶν ὀρτυγοκόμπων.

Verbis illis περὶ οὗ προείρηται nos ad antecedentem Didymi interpretationem remitti iam in § 1 exposui. Symmachea autem quae sequuntur idem scholiasta in priore illo, quem inspexit commentario, non invenit. Nam si invenisset, cur non statim ascripsisset, non intellegerem. Unde apparet, Symmachum praebuisse et quae in priore commentario inerant — id quod ex illo περὶ οὗ προείρηται conclusimus — et quae ibi non inveniebantur. At cuncta ad Didymum redire Hesychius verisimile reddit.[81]) Exhibet enim s. στυφοκόμπος: ὁ μάχιμος ἀλεκτρυών. καὶ ὄρτυξ.[82]) Nimirum spectatur ad nostrum avium locum.[83]) Qua ex re manifestum fit Didymum hanc lectionem στυφοκόμπος in commentario suo annotasse. Inde hausit Symmachus. Dionysius Zopyrus est homo alioquin ignotus.[84]) Ad extremum quod attinet ad illam elocutionem: θέλει γὰρ εἰπεῖν, ἐπεὶ καὶ αὐτός κ. τ. α. Didymus dicit ad av. 1681: θέλει δὲ λέγειν, — ἐπεὶ καὶ αὐτός κ. τ. α.; ad Pind. Nem. E. 10[85]): θέλει οὖν λέγειν.

§ 4.

Iam relicta est una via, qua Symmachi Didymum excerpentis vestigia persequi licet. Sed ad hanc ineundam paulo longiore ambitu opus est: Respiciamus ad § 1. Ibi binae interpretationes nobis occurrebant idem fere exhibentes.

---

[81]) Quod qui explicandum sit, infra disseram.
[82]) vide schol. ad av. 1299: στυφοκόμπος ὁ μάχιμος ὄρτυξ.
[83]) cf. Schmidt. l. c. p. 298.
[84]) cf. Schneid. l. c. p. 87. Schmidt. l. c. p. 294.
[85]) Schmidt. l. c. p. 233.

Qua ex re merito conclusi fieri non potuisse, ut eae ex uno commentario haurirentur. E diversis igitur commentariis fluxerunt. Id, nisi fallor, mihi concessisti. Tum etiam alteri meae coniecturae te non reluctaturum esse spero. Haerere aliquis possit, num haec bina interpretamenta, quae ad eundem fontem i. e. Didymi commentarium redeunt, iam in archetypo, ut ita dicam, scholiorum codice coniunctim exstiterint an e diversis codicibus derivata demum gliscente tempore in unum concervata sint. Certe hic priorem coniecturam multo probabiliorem esse inde colligo, quod pleraeque earum expositionum in pluribus optimisque codicibus inveniuntur. Itaque unum eundumque scholiastam — ni fallor eum, qui prima fundamenta nostrae scholiorum collectionis iecit — deprehendimus duos commentarios usurpantem, quorum uterque Didymeam industriam propagarat. Alter erat Symmachi. Alterum autem si existimas Didymi ipsius genuinum commentarium fuisse, tecum non facio.[86])

Nam, si scholiasta Didymi integrum commentarium manibus trivisset, non assequerer, cur omnino iuxta Didymi interpretationes etiam Symmachi memoraret excerpta. Quod praeter haec etiam in aliis scholiis saepissime factum esse egregie perspexit Schneeius.[87]) Neque intellegerem, cur ad ran. 745 et ad alios locos, quos enumeravi in § 2, Didymo ipso plane neglecto Symmachus solus eius doctrinam propagans citaretur. Deinde ad av. 1297b, ubi in altera Symmachi explicatione a scholiasta expressis verbis[88]) in Didymi priorem ablegamur, demonstravimus Symmachi librum plura

[86]) Homines docti de hac re diverse indicarunt: Schneiderus nimirum Didymi commentarium scholiastis non ad manus fuisse credit. In contrariam sententiam abierunt Dindorfius (Duebn. praef. p. VIII) et Schneeius (l. c· p. 34). Idem fere existimat O. Gerhardus. (de Aristarcho Arist. interprete, diss. Bonn. 1850. p. 8). Denique R. Engerus (Zimmermanns Zeitschr. f. d. Altertumswiss., Darmst. 1841. N. 112. p. 952) et M. Schmidtius (l. c. p. 289) quid statuendum sit, dubii haerent.

[87]) l. c. p. 42 sqq.; quocum componas Holzinger., Zeitschr. f. oestr. Gymn. 31. Jahrg. 1880. 8 und 9 H. p. 112. Viam autem indicatam nunc persequi non possum. Disquisitio illa multo longiorem postulat ambitum quam hic capiat locus.

[88]) *περὶ οὗ προείρηται.*

praebuisse item a Didymo profecta quam antecedentem commentarium. Quomodo hanc rem explicare vis, si scholiastae integrum Didymi commentarium inspicere licuisse putas? Item in scholiis ad av. 1363[89]) et 1705[90]) vidimus in Symmachi interpretamento Didymeas litteras integrius conservatas esse quam in altero Didymi. Talia autem peccata — quae, cum a nullo codice absint, iam in archetypo fuerunt — non scholiastae ipsi sed potius fontibus ab eo adhibitis assignanda esse probabile est. Aliud meae sententiae argumentum repeto a subscriptionibus in codice V. servatis:

ad av.: *παραγέγραπται ἐκ τῶν Συμμάχου καὶ ἄλλων σχολίων.*

ad pac.: *κεκώλισται πρὸς τὰ Ἡλιοδώρου, παραγέγραπται ἐκ Φαείνου καὶ Συμμάχου.*

ad nub.: *κεκώλισται*[91]) *ἐκ τῶν Ἡλιοδώρου, παραγέγραπται ἐκ τῶν Φαείνου καὶ Συμμάχου καὶ ἄλλων τινῶν.*

Hae subscriptiones cur per se parum valeant ad fontes scholiorum eruendos, rectissime dudum a Schneidero[92]) monitum est. Sed in eis aliquid inesse, quod non vere sit dictum, usque adhuc a nullo est probatum. Immo videntur scholiastae deberi satis antiquo, qui similiter ac scholiasta Homeri codicis Veneti A et scholiasta Euripidis in fine scholiorum ad Orestem, fontes adhibitos ingenue indicavit. Hunc autem anonymum eundem esse scholiastam, quem supra deprehendimus — i. e. conditorem nostrae scholiorum collectionis — verisimillimum est. Qui, si profecto Didymi commentarium manibus versavisset, tum, crede mihi, hunc inclitum grammaticum nominatim commemorasset. Didymus enim doctrina ceteris tantum praestabat et apud posteros tanta fruebatur auctoritate et inprimis de Aristophane interpretando prae ceteris tantopere meritus est, ut scholiastam numeravisse eum inter istos *ἄλλους* vel *ἄλλους τινάς* prorsus incredibile sit. Denique crediderim, si scholiastis aditus fuisset ad

[89]) cf. § 1. In Didymi explicatione lacunam statuimus.

[90]) cf. § 1. Symmachus *οὗτος* pro corrupto *οὕτως* servavit.

[91]) sic recte Schneiderus pro *κεκόλλισται*, l. c. p. 10.

[92]) l. c. p. 12.

Didymi integrum commentarium, tum genuina nostrae scholiorum congeriei elementa, de quibus aliqua quidem ex parte existimare possumus comparatione codicum R. et V. cum Suida instituta[93]), multo uberiora et integriora Didymea relatura fuisse.

Haec omnia me eo ducunt, ut persuasum habeam ne ei quidem scholiastae, qui prima nostrae scholiorum farraginis fundamenta iecit, integrum Didymi librum ad manus fuisse. Sed Didymea deprompsit e Symmachi copiis et aliorum, quorum quisque, quae maxime placebant, e Didymi thesauro uberrimo suo commentario inseruit. Qui isti alii fuerint et pluresne fuerint an plerumque idem, dicere non ausim. Nam neminem praeter Symmachum ut Didymei commentarii excerptorem nominatim afferre possum.

Nunc vide, quo tendam: Nonnunquam in eodem scholio iuxta Symmachi interpretationem aliae, quibus auctorum nomen non est appositum, inveniuntur cum Symmachea aliquatenus ita consentientes, ut communis fontis vestigia manifesta fiant. Nimirum tantum de eis scholiis agitur, quae ex eodem codice excussa hanc cognationem ostendunt. Istic suspicari debemus aeque atque in locis in § 1 laudatis vestigia Didymei commentarii latere. Quae una exhibent, ad Didymum redire verisimile est. Ea autem, quae Symmachus habet aliena a ceteris, ipsine an item Didymo debeantur, discernendi facultas nimirum nobis plane extorsa est. Ne scholiastae quidem diiudicare potuerunt, quod iam eorum temporibus Didymi interpretamenta non nisi carptim minutatimque propagata erant.

Apponam haec scholia. Liceat autem mihi iterum afferre nonnulla interpretamenta supra iam aliam ob causam Didymo vindicata. Nam idonea sunt ad testandum me non calidius agere.

---

[93]) Suidas adhibuit Aristophanis codicem scholiis instructum ab eo, ad quem R. et V. redeunt, non multum diversum. Bernhardyus (Suid. praef. p. XLVIII) putat Suidam dignum esse, qui tertii codicis loco habeatur. cf. Buengeri et Schneeii commentationes laudatas.

Ad equit. 755 — Dr. p. 60b, 15 sqq. — ad lemma
ἐμποδίζων ἰσχάδας:

Ἀρίσταρχος δὲ τὸ ἐμποδίζων ἀντὶ τοῦ μασώμενος, ἢ ἐμφορούμενος· κ. τ. α.	*Σύμμαχος οὕτως· Ἀρίσταρχος δὲ, ὅτι μασώμενοι τὰς ἰσχάδας ταῖς μελίτταις ῥίπτουσιν ἢ τοῖς ποσὶ τρίβουσιν.*

Vide § 3. Propter consensum cum Hesychio hanc Aristarchi expositionem e Didymi copiis fluxisse demonstravi. Inde etiam cognoscimus Symmachum hic accuratius quam alterum excerptorem Didymo accepta referre.

Σύμμαχος· — μολγὸν καὶ ἀμολγὸν τὸν αὐτόν. ἀμολγοὺς δὲ παρὰ τούτοις φησὶ λέγεσθαι τοὺς ἀμέλγοντας τά κοινά.	*Ἄλλως. μολγὸν τινὲς μὲν γλαυκὸν, οἱ δὲ τὸν βραδύν. οἷον, ἀμολγὸν καὶ κλέπτην τῶν δημοσίων. μολγούς γὰρ ἔλεγον τοὺς ἐξαμέλγοντας καὶ κλέπτοντας τὰ κοινά.*

Inspicias quaeso § 3.

Ad equit. 1126 — Dr. p. 71a, 29 sqq.

Vide § 3. Scholium hoc est:

βρύλλων: Ἐξαπατώμενος ὑπό τινων καί μεθύων. Σύμμαχος δὲ, ὑποπίνων, ἐκ μιμήσεως τῆς τῶν παίδων φωνῆς.

Contextu fabulae inspecto intelleges in initio scholii corruptelam inesse. Nam *Δῆμος* non decipitur, sed ipse alios fallit. Medelam autem praebent Hesychius et Symmachi explicatio in comparationem vocata:

βρύλλων: Ἐξαπατώμενος[94]), *ὑποπίνων καὶ μεθύων.*	*Σύμμαχος δὲ, ὑποπίνων ἐκ μιμήσεως τῆς τῶν παίδων φωνῆς.*

Ad av. 1001 — Dr. p. 233a, 42 sqq.

κατὰ πνιγέα μάλιστα: Ὥσπερ, φησὶ, πνιγεὺς περίκειται τῇ γῇ. τὰ δὲ ἑξῆς ἀδιανόητα.	*προτιθεὶς οὖν: Δίδυμος· τοιοῦτος ἀήρ ἐστι τῇ γῇ περικείμενος, ὅμοιος πνιγεῖ,*

---

[94]) *ἐξαπατᾶσθαι* etiam active usurpari licet. cf. Bernhardy, griech. Synt. p. 347. Plat. Crat. 439 B.; Aristot. Probl. 29. 6.

πνιγεὺς δὲ ὁ κρίβανος ἢ ἡ κάμινος.	*καθαπερεὶ πῶμά τι περικείμενος. τὰ δὲ ἑξῆς, φησὶ Σύμμαχος, ἐπίτηδες ἀδιανόητα.*

Vide § 2. Supra iam dixi me haesitare, alterane explicatio tota e Symmachi commentario fluxerit an non. Necesse autem erat scholium totum afferre propter Schneecii coniecturam [95]): In codice V. prius interpretamentum non legitur. Codex R. exhibet ambo, sed inverso ordine, quem Schneecius retinet. Tum conicit Symmachi nomen ex priore interpretatione, ubi Didymus audiatur, excidendum esse alterique post *φησί* esse inserendum [96]). Symmachi enim nomen, ubi nunc nobis occurrat, tolerari non posse, quia verba *τὰ δὲ ἑξῆς ἐπίτηδες ἀδιανόητα* plane sint Didymea. Equidem ei non assentior. Nam qui mirum esse possit, quod in libro Symmachi, quem Schneecius ipse dicit iterum atque iterum Didymum exscripsisse, verba inerant Didymo propria, non assequor. Sed quod existimat ad illud *φησί* alterius scholii Symmachi nomen supplendum esse, erravit. Non interpres sed is, qui hic in fabula loquitur, i. e. Meto, subiecti loco intellegendus est [97]). Itaque nihil mutandum esse mihi videtur. Concedamus oportet hanc explicationem ex anonymi cuiusdam commentario fluxisse pariter atque illam alteram Didymea propagantem. Nam non alteram ex altera esse descriptam sed potius ambas ad eundem fontem redire in hoc scholio itidem atque in aliis iam illud fidem facit, quod utraque animadversione digni aliquid exhibet, quod in altera non inest. Iam quod attinet ad nostam rem: Verba illa *τὰ δὲ ἑξῆς ἐπίτηδες ἀδιανόητα* cum Symmachi nomine coniuncta in altera expositione repetuntur in eodem fere modo [98]). Itaque ad Didymum trahimur.

---

[95]) l. c. p. 39.

[96]) — *ὥσπερ, φησὶ Σύμμαχος, κ. τ. α.*

[97]) cf. ad. equit. 270: *ὥσπερ, φησὶ, τοὺς γέροντας δικαστάς κ. τ. α.* ad equit. 755: *ὥσπερ, φησὶν, κ. τ. α.*

[98]) Iam hanc ob causam vehementer miror, quod Schneecius dixit in altero interpretamento Symmachi nomen ferri non posse, in altero ferri posse.

Nunc transeamus ad locos, de quibus adhuc non disputavi. Atqui etiam in his nonnunquam nonnulla eorum indiciorum obviam fiunt, propter quae interpretationes in § 2 allatas Didymum redolere ostendi.

Ad av. 17 [99]) — Dr. p. 211ᵃ, 26 sqq.

τὸν μὲν Θαρρελείδου: Σύμμαχος, Ἀσωπόδωρον. καὶ γὰρ οὗτος ἐπὶ σμικρότητι ὑπὸ Τηλεκλείδου κεκωμῴδηται, καὶ ὁ κολοιὸς μικρὸς ὢν ἐκ τῶν πτερῶν τὴν σύστασιν ἔχει.

Ἄλλως. ἄδηλον εἰ Ἀσωπόδωρον λέγει, ὃς κωμῳδεῖται ἐπὶ σμικρότητι σώματος. ἦν δὲ καὶ ὁ Θαρρελείδης μικρός.

Ἄλλως. οἱ μὲν πλείους ὑπειλήφασιν υἱόν τινα Θαρρελείδου βραχὺν καὶ παραπλήσιον κολοιῷ κωμῳδεῖσθαι. οὐκ ἔχομεν δὲ υἱὸν αὐτοῦ διὰ τῆς κωμῳδίας εἰπεῖν. μήποτε οὖν, φησὶ [100]), *κατὰ περίφρασιν εἴρηκε Θαρρελείδου κολοιὸν, ἐν ἴσῳ τῷ Θαρρελείδης, ὅς ἐστι κολοιώδης. ἢ ὡς κολοιοὺς αὐτὸν πωλοῦντα διαβάλλει.*

Tres sunt explicationes aliquatenus congruentes sed ita comparatae ut non una ex altera fluxerit, sed omnes in eundem fontem redeant. Illud *μήποτε οὖν* in tertia interpretatione ad Didymum nos ducit. Haec ceteris integrior pronuntiat plerosque opinari Tharrelidis filium scil. Asopodorum sugillari. Contra de Tharrelide ipso cogitari necesse esse. Is autem grammaticus, qui antecedit, uter significetur, dubius haeret. Sed Symmachus indicium quod plerisque acceptum erat comprobans Asopodorum perstringi existimat. Quod cuique placebat, e Didymi thesauro deprompserunt.

Ad av. 1379 — Dr. p. 240ᵇ, 29 sqq. — ad lemma: *τί δεῦρο πόδα σὺ κυλλὸν:*

καὶ Εὐφρόνιος μὲν χωλόν εἶναι τὸν Κινησίαν φησίν. ἢ τάχα, ἐπεὶ πολλάκις ἐστὶ παρ' αὐτοῖς

---

[99]) Schneideri coniecturam (l. c. p. 70) nimis temerariam, quam abunde refutavit R. Engerus (l. c. p. 951), non moror.

[100]) *φησί*, quo demonstratur libri cuiusdam excerpta dari praeter hunc locum occurrit av. 57 (cf. Schnee. l. c. p. 22.), equit. 979. plut. 1037. Vide Schneid. l. c. p. 56.

ποδὶ κούφῳ, ἢ ποδὶ λευκῷ, ἢ πόδα τιθείς, ἤ τι τοιοῦτον, τὸ κυλλὸν προσέθηκεν.

Ἄλλως. Δίδυμος μὲν — κυλλὸν δὲ ἐπεὶ χωλός ἐστιν.

Σύμμαχος οὕτως. Εὐφρόνιος· ἐπειδὴ κυλλὸς ἦν ὁ Κινησίας. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ πολὺ παρ' αὐτοῖς ἐστι τὸ ποδὶ λευκῷ, καὶ ποδὶ κούφῳ, καὶ πόδα τιθείς, ἤ τι τοιοῦτον τὸ κυλλὸν προσέθηκεν.

Didymus ipse, si sequeris secundum excerptorem, Euphronii sententiam comprobasse videtur. Hunc enim Euphronium ante Didymum vixisse pro explorato haberi potest[101]).

Ad Ach. 472 — Dr. p. 15, 13^{b} sqq.

ὀχληρὸς, οὐ δοκῶν μὲν κοιράνους: Τοῦτο πεπαρῴδηται ἀσήμως ἐξ Οἰνέως Εὐριπίδου. ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ἐκ Τηλέφου φησὶν αὐτό.

Symmachus igitur auget cuiusdam annotationem. Eam a Didymo ortam esse Schmidtius recte coniecisse mihi videtur[102]). Hoc autem additamentum ipsum cui vindicandum sit, in medio relinquendum est. In Euripidem Didymus conscripsit commentarium[103]).

Ad equit. 979 — Dr. p. 68^{a}, 12 sqq.

ἐν τῷ δείγματι τῶν δικῶν: Σύμμαχος· σκέψασθε τί δή ποτέ ἐστι τὸ δεῖγμα τῶν δικῶν. παρεῖται γάρ, φησίν, εἰ μὴ τὸ δεῖγμα τόπος ἐστὶν ἐν Πειραιεῖ, ἔνθα πολλοὶ ξυνήγοντο ξένοι καὶ πολῖται καὶ ἐλογοποίουν. τὸ δὲ τῶν δικῶν προσέθηκεν, ἵνα διαβάλλῃ τὸ φιλόδικον τῶν Ἀθηναίων.	*Ἄλλως. ἐν τῷ Πειραιεῖ, ὅπου δικάζουσιν*[104]*). ἐπεὶ οἱ ἔμποροι τὰ δείγματα τῶν πωλουμένων ἐτίθεσαν. ἅμα δὲ ἔσκωψε τὸ φιλόδικον τῶν Ἀθηναίων.*

---

[101]) cf. Schmidt. l. c. p. 294.

[102]) l. c. p. 296.

[103]) cf. Schmidt. l. c. p. 12.

[104]) Schneeius l. c. p. 33 pro *δικάζουσιν* conicit: *ὅπου [πολλαὶ δίκαι] ἐδικάζοντο.*

In interpretamento posteriore, quid mercatores in Piraeo fecerint, magis enucleate docetur.

Ad equit. 1256 — Dr. p. 73^{b}, 14 sqq.

Φανὸς: Σύμμαχος. φαίνεταί τις γραμματεὺς οὗτος. τῶν πάνυ σπανίων ὄνομα κύριον. κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν ὡς φιλόδικον.	*Φαεινὸς δέ. — — Φανὸς γὰρ κακοπράγμων ἐγένετο φιλόδικος γραμματεύς.*

Verba illa inde a *Φανὸς γάρ* utrum e Phaini an alius cuiusquam commentario deprompta sint, incertum est.

Ad plut. 1011 — Dr. p. 376^{b}, 13 sqq. — ad lemma *νιτάριον καὶ βάτιον*[105]):

Σύμμαχος δέ φησιν ὅτι Νιτάριος ἐπὶ μαλακίᾳ διαβάλλεται καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δράμασιν, ὁμοίως καὶ ὁ Βάτος. καὶ τὰς μικρὰς δὲ θηλείας βατύλας ἔλεγον. καὶ Θεοπόμπου δρᾶμά ἐστι Βατύλη. —

Ἄλλως. φιλοφρονητικὴ ἡ προφώνησις. Νιτάριος πορνοβοσκὸς ἐγένετο. Ἄλλως. Νιτάριος τῶν ἐπὶ μαλακίᾳ σκωπτομένων. — —

Didymus ipse non comprobat eandem explicationem ac Symmachus. Traditur enim in eodem scholio aliam exhibens[106]). Neque tamen veridissimile est eam, quippe quam a pluribus repetitam inveniamus, in Didymi libro memoratam esse; modone tibi persuadeas hoc absurdum commentum ab ullo vetusto grammatico proficisci non potuisse. Nam talia ab eorum interpretandi ratione minime abhorrere satis multa exempla testantur.[107]) Theopompi fabula *Βατύλη* alibi non memoratur.

---

[105]) Omnes veteres interpretes secuti sunt hanc corruptam scipturam, quam demum correxerunt Faber et Bentleius scribendo *νηττάριον καὶ φάττιον.*

[106]) *Δίδυμος δέ φησιν ὑποκορίσματα πρὸς γυναῖκας· νιτάριον δὲ, νεόττιον, οἱονεὶ κοράσιον.*

[107]) videsis O. Gerhard. l. c. p. 10, qui nonnulla enumerat. Quin etiam Didymi ipsius interpretamentum ad ran. 990: *Δίδυμος ὅτι Μαμμάκυθος καὶ Μελητίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβέβληντο* non multum sagacius esse excogitatum mihi videtur.

§ 5.

Profectus sum a scholiis ad av. 1705 etc., quae in § 1 enumeravi, cum luculentissime testentur, quantopere Symmachus Didymi commentarium in usum suum converterit. Deinde diversis viis Symmachum Didymi vestigia prementem secuti sumus satis firmis, ni fallor, fundamentis innixi. Iam promissum praestiti, cum pollicitus sim me disputaturum esse de subsidiis in Aristophanis interpretatione a Symmacho usurpatis. Nam alius cuiusquam librum quam Didymi commentarium a Symmacho adhibitum esse, licet factum sit, demonstrari nequit. Didymei autem commentarii excerpti vestigia, quantum in me erat, patefeci. Restant quidem scholia Symmachea animadversione haut indigna. Nam sunt, in quibus Didymus et Symmachus simul nominantur similia interpretamenta non exhibentes. Sed hic vix fieri potest, ut satis certo diiudicemus, utrum Symmachus e Didymi aut alius cuiusquam copiis an fortasse e suo ipsius cerebello delibarit. Nam in animum tibi revoces conditionem scholiorum nostrorum: Primum diversa Didymi scripta ad scholia nostra componenda adhibita sunt. Praeter commentarium Aristophaneum eius librum *περὶ διεφθορυίας λέξεως* [108]) et lexicon comicum [109]) ursurpata esse certum est. Quod igitur in scholio ad av. 1283 [110]) ad lemma *σκυτάλι' ἐφόρουν* iuxta Symmachum invenimus Didymum aliam explicationem exhibentem [111]), tamen nihil est, quod te offendat credentem cuncta ad Didymum redire. Hanc enim interpretationem Didymi nomine exstructam — quae quid ad eum locum faciat, omnino non assequor — e lexico comico desumptam esse Hesychius [112]) indicat. Idem aliis in locis fieri potuit. Tum difficile est dictu, sholiastane talia Didymi et Symmachi interpretamenta e diversis commentariis hau-

---

[108]) av. 768. plut. 388.

[109]) pax 959, etc.

[110]) vide § 2.

[111]) *ὁ δὲ Δίδυμος σκυτάλια τὰς βακτηρίας, αἷς τὰ σκύταλα τύπτουσιν, ὅ ἐστι τοὺς τραχήλους.*

[112]) s. *σκίτα· τὸν τράχηλον. Σικελοί.*

serit an ex uno libro Symmachi Didymum citantis. Modo hoc modo illud verisimilius est. Postremo ne obliviscaris Didymi interpretamenta non nisi discerpta scholiastis e diversis commentariis frustatim innotuisse. Unus excerptor propagare poterat, quod alter neglexerat. Quae cum ita sint, intelleges, quam facile de his locis iudicium ferentes in errorem incidere possimus. Omnia in medio relinquenda esse censeo.

Ad av. 440 — Dr. p. 220 b, 23 sqq.

ἥνπερ ὁ πίθηκος τῇ γυναικὶ διέθετο: Σύμμαχος. Αἰσωπείου λόγου ἢ τοιούτου τινὸς ἔοικε μεμνῆσθαι. Καλλίστρατος δὲ τοσοῦτόν φησιν, ἐκ διηγηματίου τινὸς εἱλκύσθαι. καὶ Δίδυμος, ὅτι αἰσχρός τις ἦν κ. τ. α.

Symmachus hic Didymum citare videtur.

Ad av. 704 — Dr. 225 b, 44 sqq.

καὶ τοῖσιν ἐρῶσι: Σύμμαχος, διὰ τὸ τοὺς ἐραστὰς ὄρνιθας εὐγενεῖς χαρίζεσθαι τοῖς ἐρωμένοις. Δίδυμος δὲ, ἐπεὶ ἡ σίττη καὶ εἴ τι τοιοῦτον ὄρνεον δεξιὰ πρὸς ἔρωτας φαίνεται. „ἐγὼ μὲν, ὦ Λεύκιππε, δεξιὴ σίττη.“

Ad av. 877 — Dr. p. 130 a, 46 sqq. — de Cleocrito agitur:

Σύμμαχος προείρηκεν ὅτι ξένος καὶ τάχα ὑποκριτής, νῦν δὲ ἐμφαίνεται, ὅτι καὶ τὴν ὄψιν στρουθώδης. ὁ δὲ Δίδυμος μητέρα Κλεοκρίτου, ὅτι ὡς γυναικίας καὶ κίναιδος κωμῳδεῖται. κ. τ. α.

Dindorfins annotat „fortasse praestat *προειρήκαμεν* vel *προείρηται*, colo post *Σύμμαχος* posito, ut haec ipsius Symmachi verba sint. Respicitur ad ran. 1437“, qui locus cum ad lucem ferendam non sit aptus, quid Symmacho assignandum sit, plane latet.

Ad av. 1273 — Dr. p. 238 a, 4 sqq.

ὦ κατακέλευσον: Οἱονεὶ σιωπὴν κήρυξον. οἱ γὰρ κελευσταὶ πολλάκις σιωπὴν παραγγέλλειν εἰώθασιν, σιώπα λέγοντες καὶ ἄκουε, καὶ τὰ ὅμοια. οὕτω Δίδυμος. Ἄλλως. ἐπεὶ πολλάκις εἴρηκεν ὦ καὶ οὐκ ἐπίσχει αὐτὸν ὁ Πεισθέταιρος, ὁ ἄγγελός φησι κατα-

κέλευσον, ὥσπερ τοῖς ἐρέσσουσι, καὶ ὦ, λέγει, (τοῦ λέγειν scrib.)[113]) παύσασθαι παρακελεῦσαί μοι. οὕτω Σύμμαχος.

Ad av. 1681.

Quo de scholio ne perperam iudices, contextum fabulae diligenter inspicias.

Ποσειδῶν
μὰ τὸν Δί' οὐχ οὗτός γε παραδοῦναι λέγει,
εἰ μὴ βαδίζειν γ' ὥσπερ αἱ χελιδόνες.
Πισθέταιρος
οὐκοῦν παραδοῦναι ταῖς χελιδόσιν λέγει.

Scholium hoc est — Dr. p. 246 ª, 32 sqq.

ὥσπερ αἱ χελιδόνες: Σύμμαχος· οὐκ ἔστιν ὁ τούτου νοῦς φανερός. οὐδέν τι δύναται ἴδιον τῶν χελιδόνων ἡ βάδισις, αἵ γε μηδὲ πορείᾳ χρῶνται ὡς τὰ ἄλλα τῶν ὀρνέων, καὶ μάλιστα τὰ μὴ πτητικά. ὁ δὲ Δίδυμος οὕτω· καταλλήλως εἶχεν, εἰ ἔλεγεν ὡς τὰς χελιδόνας. θέλει δὲ λέγειν, εἰ μὴ βαδίζει πρὸς τὰς χελιδόνας, διὸ καὶ ἐποίσει
οὐκοῦν παραδοῦναι ταῖς χελιδόσι λέγει.
ἐπεὶ καὶ αὐτὸς πρὸς αὐτὰς βαδίζει εἰς Νεφελοκοκκυγίαν.

Symmachus igitur dicit comparationem editam admitti non posse. Hoc recte est monitum. Sedtamen non est, cur cum Schneidero[114]) contendas Symmachum hic sobrietate iudicii Didymo praestare. Nam, si quid video, haec Didymi interpretatio non ad idem pertinet, quod Symmachus attingit, sed Didymus v. 1682 explicare conatur disserendo, quo modo fieri potuerit, ut Pisthetaerus talibus facetiis utatur. Pisthetaerus enim id quod Neptunus sentit non multum curans, illud ὥσπερ αἱ χελιδόνες in suum commodum convertit, quasi ille dixisset πρὸς τὰς χελιδόνας. Haut raro a scholiasta expositiones ad diversos versus spectantes sub unum lemma congregatae sunt[115]).

---

[113]) hanc Schneeii coniecturam (l. c. p. 27) comprobo.
[114]) l. c. p. 69.
[115]) cf. schol. ad av. 1294, quod in § 2 memoravi.

Denique sunt scholia, in quibus Symmachus solus memoratur plerumque praebens interpretationes minime pretiosas. Hic Symmachus aliusne commentatoris vestigia premat necne, demonstrandi occasio non est data. Quamobrem eorum ratio non habenda est. Sufficiat ea enumerare. Omnia ascribere omittam:

Ad Ach. 877. 1128.

Ad nub. 817.

Ad vesp. 2. 1302.

Ad av. 168. 363 in adn., quod scholium e Suida excussum est.

Ad Thesm. 393. 710 Ibi γελοίως invenitur. Num hic idem valeat ac „lächerlich“ — id quod in § 1 Didymeum iudicium appellavimus — an idem sit atque γέλωτος χάριν, non satis liquet.

Ad ran. 1228.

Ad plut. 682. Vis vocis ὅσιος exponitur: Σύμμαχος δέ φησιν ὅσια λέγειν αὐτοὺς τὰ μὴ ἱερὰ, ἀλλ' ὧν ἔξεστι θιγγάνειν. Si Symmachus hic Didymum sequitur, eius interpretationem non accurate rettulisse videtur. Nam notum est ὅσιος duplicem sensum habere. Didymus autem id recte disseruit in commentario in Demosthenem conscripto: διχῶς ἔλεγον τὸ ὅσιον τό τε ἱερὸν καὶ τὸ ἰδιωτικόν[116]).

Quodsi summam totius nostrae disputationes repetimus: Alius cuiusquam quam Didymi commentarium a Symmacho adhibitum esse nec vola nec vestigium superest. Hunc autem quantopere expilaverit, vidimus. Et verisimile est ac paene certum — quoad in quaestionibus huius generis certi aliquid cognosci potest — optima quaeque Symmachei commentarii e Didymi copiis delibata esse. Veterum autem Aristophanis interpretum iudicia cuncta per Didymum Symmacho innotuisse persuasum habeo.

---

[116]) Suid. s. ὅσιος et Harp. 140, 9. (Schmidt. l. c. p. 316.).

VITA.

Adolphus Schauenburg natus sum a. d. III Cal. April. a. h. s. LVIII Oldenburgii, quae urbs sita est in magno ducatu Oldenburgensi, patre Carolo, matre Sophia e gente Hullmaniana, quam praematura morte mihi ereptam esse valde doleo. Fidem profiteor evangelicam. Litterarum primordiis in ludo puerorum imbutus per decem annos frequentavi gymnasium Oldenburgense, quod tum Kern, postea atque etiam nunc Stein directore floret. Maturitatis testimonium adeptus Heidelbergas me contuli, ubi scholis interfui vv. dd. Fischer, Gelzer, Stark. Deinde Berolinum transmigravi ibique audivi vv. dd. Curtius, Droysen, Harms, Huebner, Kirchhoff, Muellenhoff, Scherer, von Treitschke, Vahlen, Zeller. Kirchhoff benigne permisit, ut societatis suae philologae per ter sex menses particeps essem. Denique ad studia mea academica absolvenda Halas veni, ubi per tria semestria me docuerunt vv. dd. Dittenberger, Erdmann, Haym, Hiller, Keil, Zacher. Omnibus viris de me meritis gratias et nunc ago et semper habebo quam maximas, praeter ceteros Stein, Kirchhoff, Hiller.